

**PROCEDIMIENTOS SELECTIVOS DE INGRESO, ACCESO Y
ADQUISICIÓN DE NUEVAS ESPECIALIDADES EN LOS CUERPOS DE
PROFESORES DE ENSEÑANZA SECUNDARIA Y PROFESORES
ESPECIALISTAS EN SECTORES SINGULARES DE FORMACIÓN
PROFESIONAL**

Página 1 de 3

Orden EDU/1406/2023, de 4 de diciembre (BOCyL de 12 de diciembre)

CUERPO:	0590 PROFESORES ENSEÑANZA SECUNDARIA
ESPECIALIDAD:	003 LATÍN
PRUEBA:	TEXTO EN VERSO PARA SU TRADUCCIÓN CON DICCIONARIO Y COMENTARIO FONÉTICO-MORFOLÓGICO Y MÉTRICO.
TURNO:	5

Goetz, G., Schöll F., Ed. Leipzig, B. G. Teubner, MCMXIII

PE. *Ego istaec, si erit hic, nuntiabo. Sed quid est, Palaestrio,* 195

*quod volutas tute tecum in corde? PA. Paulisper tace,
dum ego mihi consilia in animum convoco et dum consulō
quid agam, quem dolum doloso contra conservo parem,
qui illam hic vidi osculantem: id visum ut ne visum siet.*

PE. *Quaere: ego hinc abscessero aps te huc interim. Illuc sis vide,* 200

*quem ad modum adstitit, severo fronte curans, cogitans.
pectus digitis pultat; cor, credo, evocaturust foras.*

Ecce avortit; nixus laevo in femine habet laevam manum.

*Dexterā digitis rationem computat; feruit femur
dexterum, ita vehementer eicit: quod agat aegre suppetit.* 205

Concrepuit digitis: laborat, crebro commutat status.

Eccere autem capite nutat; non placet quod repperit.

Quicquid est, incoctum non expromet, bene coctum dabit.

Ecce autem aedificat: columnam mento suffigit suo.

Apage, non placet profecto mihi illaec aedificatio; 210
nam os columnatum poetae esse inaudivi barbaro,

quoi bini custodes semper totis horis occubant.

Euge, euscheme hercle astitit et dulice et comoedice.

Numquam hodie quiescet prius quam id quod petit perfecerit.

Habet, opinor. Age si quis agis; vigila, ne somno stude,

215

nisi quidem hic agitare mavis varius virgis vigilias.

Tibi ego dico. an heri adbibistis? heus te adloquor, Palaestrio,

vigila inquam, expurgiscere, inquam; lucet hoc, inquam. PA. Audio.

PE. Viden hostis tibi adesse tuoque tergo obsidium? Consule,

*arripe opem auxiliumque ad hanc rem; propere hoc, non placide decet*220

anteveni aliqua et aliquo saltu circumduce exercitum.

Coge in obsidium perduellis, nostris praesidium para.

Interclude inimicis commeatum, tibi muni viam

qua cibatus commeatusque ad te et legionis tuas

tuto possit pervenire. Hanc rem age; res subitariast.

225

Reperi, comminiscere, cedo calidum consilium cito,

quae hic sunt visa ut visa ne sint, facta ut facta ne sient.

-
- Proceda a la escansión y comentario de los siguientes versos:
-

Interclude inimicis commeatum, tibi muni viam

qua cibatus commeatusque ad te et legionis tuas

tuto possit pervenire. Hanc rem age; res subitariast.

Reperi, comminiscere, cedo calidum consilium cito,

quae hic sunt visa ut visa ne sint, facta ut facta ne sient.

**PROCEDIMIENTOS SELECTIVOS DE INGRESO, ACCESO Y
ADQUISICIÓN DE NUEVAS ESPECIALIDADES EN LOS CUERPOS DE
PROFESORES DE ENSEÑANZA SECUNDARIA Y PROFESORES
ESPECIALISTAS EN SECTORES SINGULARES DE FORMACIÓN
PROFESIONAL**

Orden EDU/1406/2023, de 4 de diciembre (BOCyL de 12 de diciembre)